

# SCRIPTA

---

**Numéro Scripta :** 7301

**Auteur(s) :** Henri II Plantagenêt, Angleterre (roi)

**Bénéficiaire(s) :** Tours, Saint-Martin de Marmoutier (abbaye)

**Genre d'acte :** charte

**Authenticité :** non suspect

**Datation :** [1172-1183]

**Lieu d'émission :** Chinon

**Action juridique :** confirmation

**Langue du texte :** latin

## Analyse

Confirmation à l'abbaye de Marmoutier du manoir de «Torvertone» avec son église, et de l'église de « Cosham ».

## Tableau de la tradition

### Éditions principales

a. Dodsworth Roger, Dugdale William, *Monasticon Anglicanum, sive Pandectae coenobiorum Benedictinorum, Cluniacensium, Cistercensium Carthusianorum..., de canonicis regularibus Augustinianis...*, Londres, Longman, Hurst, Rees, Orme & Brown, 1817-1830, 8 vol., t. 6, vol. 2, p. 1097.

b. Berger Élie, Delisle Léopold, *Recueil des actes de Henri II, roi d'Angleterre et duc de Normandie concernant les provinces françaises et les affaires de France*, Paris, Imprimerie Nationale (Chartes et diplômes relatifs à l'histoire de France), 1916-1927, 3 vol., n° DCXXII, t. 2, p. 232-233.

## Dissertation critique

« 1172-1173 – 1183 » : sur la datation de cet acte, voir DELISLE/BERGER, *Recueil des actes de Henri II*, t. 2, p. 232. Souscription de Gautier de Coutances, archidiacre d'Oxford, qui n'était pas encore évêque de Lincoln (élu le 8 mai 1183). Cet acte, qui porte la formule *Dei gratia*, n'est pas antérieur à 1172-1173.

Texte établi d'après b

Henr[icus], Dei gratia rex Angl[orum], et dux Norm[annorum] et Aquit[anorum], et comes Andeg[avorum], archiepiscopis, etc., salutem.

Sciatis me concessisse et hac presenti carta mea confirmasse Deo et monasterio Sancti Martini de Majori Monasterio, et monachis ibidem Deo servientibus, manerium de Torvertone et ecclesiam ejusdem manerii cum omnibus pertinentiis suis. Et ideo volo et firmiter precipio quod predicti monachi predictum manerium, sicut Exa dividit, habeant et teneant integre, bene et in pace, libere et quiete et honorifice, cum omnibus libertatibus et liberis consuetudinibus que ad manerium illud pertinent. Preterea concedo predicto monasterio Sancti Martini de Majori Monasterio ecclesiam de Cosham, cum omnibus que ad illam pertinent ecclesiam, tam in terris quam in decimis et hominibus, et in omnibus aliis rebus, et omnem decimam hominum meorum de Cosham, et decimam garbam totius messis mee de Cosham, ita quod decima accipiatur ad hostium grangie mee, et ibi monachis vel eorum servientibus liberaliter detur. Concedo etiam eis de me et de hominibus meis de Cosham decimam lanarum et caseorum et agnorum et vitulorum et porcorum et pullorum, et omnium rerum quarum decima detur. Iterum autem concedo quod predicti monachi habeant sexdecim boves et quinque vaccas et unum taurum in omnibus pasturis

meis ubicunque homines mei pergunt pascere. Volo etiam et firmiter precipio quod ipsi monachi ecclesiam suam de Torvertone cum manerio ad proprios usus habeant et teneant integre, bene et in pace, libere et honorifice, et quiete ab omnibus serviciis et geldis et scotis et omnibus aliis querelis, et de feudo, ne aliquis cum eis hospicium capiat absque licentia monachorum.

Testibus : magistro Waltero de Constantiis Oxon[ie] archidiacono, Willielmo Paynel, Gervasio Paynel, Ambrico archidiacono, St. de Turri (sic) senescallo de Andeg[avia], Hugone Bardulf dapifero, Galfrido Filio Petri, Ernasio de Nevill.

Apud Chinonem.